Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarius (Lectionarius) - Cod. Aug. perg. 16

[S.l.], [11. Jh.]

Venerabilis Beda presbiter: Homilie zu der Evangelienlesung

urn:nbn:de:bsz:31-6697

Visual Library

Nam omniſ ſplendor et gloria
quanto illuſtretur fulgore
ſuo ſublimiuſ· tanto apparet
praeſtantior claritate quorū
lib& ſubiectorum· et eximior
praedicatur· Sic et beata dī
genitrix· cuiuſ plantatio ac
ſi roſae in hiericho ſpecialiuſ
refulſit· et candor uirginita
tiſ ſplendidiuſ enituit· circū
data officio caritatiſ· Sub
mittitur ſcōrum claritaſ· ut
eiuſ amplior gloria commen
detur· quae ſuper angelorū
choroſ eleuata· iam beatiſſi
ma praedicatur· Plena ſi
quidem gratia· plena dō· ple
na uirtutibuſ· non poteſt ꝑ
poſſidere pleniter gloriam
claritatiſ aeternae· quā ple
niſſime accepit· ut mater fie
ret ſaluatoriſ· Quā uiderunt
om̄ſ filiae ſion et beatam dixe
runt· ac reginae laudauer̄
eam· Quo tantam eam uide
runt· quantam nulluſ narran
do explebit mortalium· quan
to magiſ dm̄· qui talem ac tan
tam fecit eam· ut ipſe fieret
per eam· Cui honor et gloria
per omnia ſeculorū ſaecula am̄·

ITEM IN AS
SUMPT· SCAE· MARIAE·
LEC· SCI· EV· SEC· LUC·

Intrauit ihc in quoddam caſ
tellum· et mulier quaedam
martha nomine excepit illū
in domum ſuam· et reliqua·

OMELIA· LECTIONIS
EIUSDEM· UE
NERABILIS·
BEDAE· PBRI·

HAEC
LECTIO FRS
kmi pulcherrima ratione
dilectionem dī et proximi

rebuſ et uerbiſ· deſignat· ut
intellegere ualet dilectio
ura· Nam cum intraſſet ihc
inquoddam caſtellum· et
mulier quaedam martha
nomine· excepit illum indo
mum ſuam· Et huic erat ſo
ror· nomine maria· quae eti
am ſedenſ ſecuſ pedeſ dni·
audiebat uerbum illiuſ·
Martha autem ſatagebat
circa frequenſ miniſterium·
Quae quippe iſtae dilectae
dno ſororeſ· duaſ uitaſ ſpiri
taleſ· quibuſ inpraeſenti hoc
ſaeculo ſca exercetur eccleſia
demonſtrant· Martha qui
dem actualem· qua proxi
mo ſociamur incaritate ex
primit· Maria uero con
templatiuam· qua indi amo
re iugiter ſuſpirare debem'·
X Actiua enim uita eſt panem
eſurienti tribuere· uerbo
ſane doctrinae neſcientem
docere· errantem corrigere·
adhumilitatiſ uiam· ſuperbi
entem proximum reuocare·
infirmantiſ curam gerere·
tribulantibuſ omni deuoti
one ſubuenire· Contempla
tiua uero uita eſt· ab exteri
ori actione quieſcere· ſolo
deſiderio conditoriſ inhaere
re· ut nil iam agere corpo
raliſ deſiderii libeat· ſed calca
tiſ terreniſ curiſ omnibuſ·
ſolo deſiderio· aduidendam
creatoriſ ſui faciem iugiter
animuſ anhelet· Dum aut
martha tota intentione· in
actiua uita deſudabat· bene
ſub ditur· Quae ſtetit & ait·
Dne· non eſt tibi curae· quod
ſoror mea reliquit me ſolam
miniſtrare· Dic ergo illi· ut
XI me adiuuet· Ex eorum per
ſona loquitur· qui adhuc di

uinae contemplationiſ ignari·
ſolum quod didicere· fraternae
dilectioniſ opuſ dõ placitum
ducunt· Et ideo cunctoſ qui
xp̄o deuoti eſſe uelint· hunc man
apart pfectuoſiũ ẽẽ autum̄t· Et be
ne martha ſtetiſſe· maria ſe
cuſ pedeſ dn̄i ſediſſe deſcriba
tur· quia actiua uita labo
rioſo deſudat incertamine·
Contemplatiua uero· peccatiſ
et uitiorum tumultibuſ libe
ra· optata inxp̄o mentiſ qui
ete perfruitur· Et reſpon
denſ dixit illi dn̄ſ· Martha
martha· ſollicita eſ· et turba
riſ erga plurima· Porro· u
num eſt neceſſarium· Maria
optimam partem elegit· que
non auferetur abea· Neque
enim bonam partem tantum
elegiſſe dicit mariam· ſed
optimam· ut etiam parſ mar
thae indicaretur eſſe bona·

quia actiua uita cumcorpore
deficit· contemplatiua autẽ
hic incipitur· et incaeleſti pa
tria perficitur· Quia ergo XII·
uenerabilem diem aſſumpti
oniſ beatae di genitriciſ ma
riae celebramuſ· dignum eſt
ut quantum poſſumuſ creato
ri [illegible] gratiaſ agamuſ· quia
poenaſ quaſ nobiſ aeua mater
intulit peccando· maria ma
ter et uirgo abſtulit· dm̄ xp̄m
pariendo· Et quia aeuamun
dum moerore compleuit·
maria abſtinendo ſe apecca
tiſ· non ſolum nobiſ exemplũ
oſtendit ſalutiſ· ſed etiam
ipſam nobiſ laeticiam attu
lit aeternae felicitatiſ ihm̄
xp̄m dn̄m nr̄m· Qui non ſolũ
mundum perditum libera
uit· uerum etiam aeternae
uitae gaudia oboedientibuſ
ſibi conceſſit· Ubi omnium

beatorum beatitudo ipſe erit.
ubi omſ ſci et electi de ſingulo
rum felicitate gaudebunt.
qui hic aut per actiuam aut
per contemplatiuam uitam
fideliter illic laborando feſti
nabant. Proinde frſ mei
quia ualde paucorum eſt ab
huius ſaeculi curiſ eſſe alienoſ.
et ad contemplatiuam uitam
ſemper eſſe ſuſpenſoſ. oportet
ut in actiua noſ uita ſtudioſe
noſ ſemper exerceamuſ labo
re. et quantum dno poſſumuſ
adiuuante boniſ operibuſ ae
terna praemia nobiſ compare
muſ. Studeamuſ ſollicite
boniſ noſ moribuſ adornare
et unuſquiſq. nrm quod in ſe
prauum deprachenderit cor
rigat. quod rectum teneat.
quod deforme pura confeſſio
ne componat. et quid ſibi ca
uendum quidue ſectandum

ſit ſollicite conſideret. et dni
ſui praecepta infatigabilit
diligat et efficaciter imple
at. Beatitudinem uitae fu
turae ante oculoſ mentiſ ſuę
ſemper proponat. Nec pro
ſpera huius mundi diligat
nec aduerſa pertimeſcat.
Semperq. per opera miſericor
diae ad aeternam patriam
anhelet. ſuſcipiendo peregri
num. ueſtiendo nudum. redi
mendo captiuum. tuendo
uiolenter oppreſſum. Iugit
ſe ab omnibuſ iniquitatibuſ
ſuiſ uera poenitentia et con
feſſione pura emundet. et ui
tam ſuam bonorum operum
fructibuſ ditet. Parua eſt
enim uita iſta. ſiue ſit bona
ſiue ſit mala. et tamen cum
haec uita citiuſſime finiatur.
retributio eiuſ nullatenuſ fi
nitur. quia ſine mercede ope

rum ſuorum quiſquam nul
latenuſ relinquitur· Tunc
utiq· uitae malae morſ ae
terna· et uitae bonae· uita
retribuetur aeterna· Qua
propter ut appareat· quia
uitam aeternam certiſſime
diligamuſ· uita nobiſ bona
perſeueret in opere· uitam
bonam habeamuſ in teſtimo
nio· ut uitam aeternam ac
cipiamuſ in praemio· prae
ſtante dño nr̄o ihū xp̄o· cui
ſit lauſ et gloria per infinita
ſaecula ſaeculorum amen·

IN NATIVITATE SCĀE MARIAE

ADEST NOBIS
dilectiſſimi optatuſ dieſ bea
tae ac uenerabiliſ ſemper uir
giniſ mariae· Ideo cum ſum
ma exultatione gaudeat ter
ra nr̄a· tantae uirginiſ illu
ſtrata acceſſu· Haec eſt eni
floſ campi· de qua ortum eſt
praecioſum lilium· per cuiuſ
partum mutatur natura
plaſtorumq· deletur et culpa·
Praeciſum eſt in ea illud euae
infelicitatiſ elogium quo
dicit· In triſticia parieſ fili
oſ· quia iſta in laetitia dñm
parturiuit· Eua enim lu
xit· iſta exultauit· Eua la
crimaſ· maria gaudium in
uentre portauit· quia illa
peccatorem· iſta edidit inno
centem· Uirgo quippe genu
it· quia uirgo concepit· In
uiolata peperit· quia incon
ceptu libido non fuit· Utru
biq· miraculum· et ſine cor
ruptione grauida· et in partu

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg